

FINE
1750



BALAMANGA

1750

TRACTATUS
POLITICO-JURIDICUS
DE

IURE MERCATORUM
ET COMMERCIO-
RUM SINGULARI,

IN QVO

Ex Iure Divino, Publico, & Privato, Communi, Ci-
vili, Canonico, Feudali, & Saxonico, nec non variorum Juris Interpretum
Commentariis ac Consiliis, diversis Imperii Romano-Germanici, Regnorumque Franciæ,
Hispaniæ, Lusitaniæ, Italiæ, Angliæ, Scotiæ, Daniæ, Sueciæ, Poloniæ, Moscoviæ, Persiæ, Vene-
tiæ, Belgii, Hanseaticarum & aliarum Rerum publ. Ducatum, Civitatum Constitutionibus,
Ordinationibus, Statutis municipalibus, Moribus, Privilegiis, Pactis, Contractibus, ut & Phi-
losophorum, & Historicorum Classicorum axiomatibus, exemplis atque monitis Politicis,
Jura Commenciorum Singularia, IV. Libris, secundùm tria Juris objecta summa-
tim collecta, exposita & illustrata sunt.

Accesserunt in fine Tractatus

*Ipsa Privilegiorum, Constitutionum, Statutorum, Pactorum, &c. Exemplaria, peculiari designa-
tione, juxta seriem Alphabets, summis vigiliis atq; impensu, in gratiam Lectoris, passim con-
quisita, partim verò nunquam publicè visa.*

AUTHORE

IOHANNE MARQVARDO, ICto.

Cum Privilegio Sac. Cæs. Majest.



FRANCOFVRTI,

Ex Officinâ THOMÆ MATTHIÆ GÖTZII,

ANNO M DC LXII.



INCLYTAE AC FLORENTISSIMAE
 Lib. Imper. Reip. Francofurti ad Mœnum,

CIVIBUS SPECTA-
 TISSIMIS, VIRIS LONGO
 AC VARIO RERUM USU EXPERIEN-
 tissimis, Prudentissimis,

- DN. JACOBO FAMARS.
- DN. SAMUELI JORDIS.
- DN. JOHANNI DE FAY SENIOR.
- DN. DAVIDI MALLEPART.

FAUTORIBUS MEIS OBSERVANDISSIMIS.
 S. P. D.



Quod Lælius Mancinus Politi-

anus, in Alma Patavina Jurium Professor Prima-
 rius, de notabili *Transalpinorum* (quo nomine
 illi Nostrates, Germanos, plerumque indigi-
 tant) Interpretum Industria notabiliter effatus
 est: *Fuisse Italos exteris Magistros, hos autem nunc ab illis* (ut le-
 nioribus, ac ipse fecit, enunciemus verbis, rei tamen veritatem
 exprimamus) *Sedulitate, Acumine & Gravitate superari*; Ejus
 nunc recens in Theatrum producimus specimen luculentissi-
 mum, Celebrissimi Icti, Nobilissimi Dn. Joh. Marquardi de
 Jure Mercatorum & Commerciorum singulari Tractatum Po-
 litico-Juridicum. Librum, cujus titulo, jure merito quod in
 aliis factitatum, posset inscribi: *Opus incomparabile, cujus Ar-*
gumentum nemo Veterum assecutus est, nemo Recentiorum rite cogi-
tavit.

*Disquisiti
 Genial.
 Cent. 3. 62
 300. n. 22.*

*Theod. Hbi
 ping. tract.
 de Jura In-
 signitum.*

Nihil enim hic dari adulationi, & res ipsa loquitur & Vi-
 rorum Magnorum, Ictorum consummatissimorum, Mevij,
 Garpzovii & Richteri, Virorum inquam, qui ipsimet in lau-
 de vivunt & à quibus laudari, ut Hector apud Nævium ait, ea
 demum jucunda laus est, Præfationi subnexæ literæ, suum ad-



LIB. I.
TRACTATUS
NOMICO - POLITICI
DE
JURE MERCATORUM
ET COMMERCIORUM
SINGULARI.

CAPUT I.

De

Mercaturæ præstantia, Dignitate, & cum
literarum studiis commercio.

SUMMARIA

1. Difficultas & novitas operis. & n. 5.
2. Ex quo Jure hic Tractatus collectus.
3. Variorum Privilegiorum seu jurium singularium scriptores & Authores recensentur.
4. Raritas Authorum qui de hac materia scripserint.
5. Protestatio Authoris.
6. Mercaturæ præstantiam que arguant.
7. Quid quid antiquius eò præstantius.
8. Mercatura natura congrua, & cum illâ caput.
9. Mercatura alia naturalis, alia artificialis.
10. Mercatura à primariis hominibus exercitata. quod ibidem exemplis probatur.
11. Patriarcharum.
12. Scytharum.
13. Græcorum.
14. Judaorum.
15. Gallorum antiquorum.
16. Romanorum.
17. Pœnorum, Tyri &c.
18. Inventores & cultores Mercaturæ, præstantiam illi conciliant.
19. Quod itidem probatur exemplis Deo-
rum & Regum, puta Salomonis, Josa-
phat, Tarquinii, Vespasiani, Pertinacis
Imp. & aliorum & n. 24.
20. Tyri Emporii splendor & gloria.
21. Lusitania Regum status crevit per
mercaturam.
22. Hodie Principum aliqui commercii
vacant.
23. Philosophi celebriores commercii ope-
ram dederunt.
24. Equites Romani commercii incubue-
runt, quod monstratur exemplis.
25. Venetorum Nobiles mercaturam Rei-
publica sua animam reputant.
26. Genoveses Patricii commercii student.
27. Negligendi qui de commercii duriter
scripsere & n. 31. fin. huj. cap.
28. Mercatura cum sapientia studiis co-
gnatio.
29. Mercatura duplex, alia corporis, alia
animi.
30. Elegans Ciceronis locus, de Mercaturâ
bonarum artium & scientiarum.
31. Pythagora assensus de mercaturâ ar-
tium.
32. Chemiz margarita mercaturâ ana-
logica.
33. Anâ